Scire tuum nihil eſt, niſi quæ ſcis ritè loquaris.
Quod dum jam præſtas, ſcire tuum ecce probas.

Gratulab. deprop.
Erhardus Weigelius, Mathem. PP.
Alumn. Inſpector, h. t. Facult.
Phil. Decanus.

H*Ortorum* quondam Romani in *Colle* * probabant,
Regnandi populo munia qui caperent.
Quo deſcendebant hinc *Campus* dicitur illis
Martius, ut fidei tunc facerent ſpecimen.
Hic eſt *hortorum Collis*, deſcendimus inde
In *campum Martis*: Nunc bene ſiſte gradum.
Non probat hic populus, ſed quo ſis dignus honore,
Doctrina & virtus inclyta cenſor erit.

* *Romæ Collis hortorum celebris fuit propter Candidatos, quibus uſus erat in Comitium nundinis venire, & in hoc colle conſiſtere, unde ab univerſis poſſent videri: & inde campum Martium petitum Magiſtratum deſcendere. Roſin. l.1.c.11. Antiq. Rom.*

Amoris ergò ſuo ſcribebat Eſchenbachio juveni ad opt. quæque nato,

PRÆSES.

Hor-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG